

Expositio Symboli Ruffini Aquilegensis præbyteri ad laurentium papam: In qua singulos articulos si-  
dei noui ac ueteris testamenti auctoritatibus confirmat: & hæreses contrarias destruit. Epistola Prima.



**N**on quidem Fidelissime Papa Laurenti ad scribendum animus non est tam  
cupidus: quæ nec idoneus: scienti non esse absque periculo multorum iudiciis ingeni-  
um tenuis & exilis committere. Sed quoniam (ut cum uenia tua dixerim) id teme-  
re in epistola tua per Christi me sacramenta quæ a nobis maxima cum reueren-  
tia suscipiuntur astringis: ut aliquid tibi de fide secundum symboli traditionem  
rationemque componam quæ supra uires nostras sit pondus præcepti (Nō. n. me la-  
tet sententia sapientium quæ probe admodum dicit: quia de deo & uera dicere  
periculosum est) tamē si expeditionis a te impositæ necessitatem orationibus  
iuues: dicere aliqua obedientiæ magis reuerentia quæ ingenii presumptione tēta-  
bimus: quæ quidem non tam perfectorum exercitiis digna uideantur: quæ ad  
paruulorum in Christo & incipientium librent auditum. Equidem comperi non-  
nullos illustrium tractatorum aliqua de his pie & breuiter edidisse. Photinū uero hæreticū scio eatenus scripsisse:  
nō ut rationem dictorum audientibus explanaret: sed ut simpliciter fideliterque dicta ad argumentū sui dogmatis tra-  
heret: cum in his uerbis sanctus spiritus prouiderit nil ambiguū: nil obscurum: nil a reliquis dissonans uideri:  
quia in his uere completur prophetia quæ dicit: Verbum. n. consumans & breuians iniquitatē: quia uerbum bre-  
uiatum facit dominus super terram. Nos ergo simplicitatē suam uel uerbis apostolicis reddere & signare tētabi-  
mus: uel quæ ommissa uidentur a prioribus adimplere. Sed ut manifestius fiat argumentum uerbi huius ut dixi-  
mus breuiati: causam qua hæc traditio ecclesiis data est ab origine repetemus. Tradunt maiores nostri quæ post  
ascensionem domini cum per aduentū spiritus sancti supra singulos quosque apostolos ignea lingua sedissent: ut lo-  
quētes diuersis uariisque loquerentur: per quod eis nulla gens extranea: nulla lingua barbaries inaccessa uideret & in-  
uia: præceptū eis a domino datū hoc ad predicandū dei uerbum ad singulas quæque proficisci nationes. Disces-  
suri itaque ab inuicē normā sibi prius futuræ prædicationis in cōmune constituūt: ne forte alii alio abducti diuer-  
sum aliquid his qui ad fidem Christi inuitabant exponerent. Omnes igitur in uno positi: & spiritu sancto reple-  
ti: huiusmodi futuræ sibi ut diximus prædicationis indicium in unum conferendo quod sentiebat unusquisque com-  
ponūt: atque hanc credentibus dandam esse regulam statuūt. Symbolū autē hoc multis & iustissimis ex causis ap-  
pellari uoluerunt. Symbolum. n. græce & indicium dici potest & collatio: hoc est quod plures in unum conferūt.  
Id enim fecerunt apostoli in his sermonibus in unum conferendo quod unusquisque sensit. Indicium autē uel si-  
gnum iccirco dicitur. quia in illo tempore sicut paulus apostolus dicit in actibus apostolorum refertur multi  
ex circumeuntibus iudæis simulabant se esse apostolos Christi: & lucri alicuius uel uentris gratia ad prædican-  
dum proficiscebantur: nominantes quidem Christum sed nō integris traditionū lineis nuntiantes. Ic circo istud  
indicium posuerunt: per quod agnosceretur is qui Christum uere secundū apostolicas regulas prædicaret. De-  
niq; & in bellis ciuilibus hoc obseruari ferunt: quoniam & armorum habitus par: & sonus uocis idem: & mos unus  
est. Atque eadē instituta bellandi nequa doli surreptio fiat: symbola distincta unusquisque dux suis militibus tradit:  
quæ latina signa uel indicia nuncupantur: ut si forte occurrerit quis de quo dubitetur symbolum prodat si sit  
hostis uel socius. Ic circo deniq; hæc non scribi chartulis aut membranis: sed requiri in credentium cordibus tra-  
diderunt: ut certum esset hæc neminē ex lectione quæ interdum peruenire etiam ad infideles solet sed ex apo-  
stolorum traditione didicisse. Discessuri igitur ut diximus ad prædicandū istud unanimitatis & fidei suæ apo-  
stoli inducium posuere: non sicut filii Adam discessuri ab alterutrum tūrem ex latere cocto & bitumine cōstruē-  
tes: cuius cacumen usque ad cælum pertingeret: sed monumenta fidei quæ starent aduersum faciem inimici e la-  
pidibus uiuis & margaritis dominicis edificantes: quam neque uenti impellerent: neque fulmina subruerent: neque  
tempestatum ac procellarum turbines promouerent. Merito igitur illi ab inuicem separandi turrem superbiam  
ædificantes linguarum confusione damnati sunt: ne unusquisque posset aduerrere proximi sui loquelam. Isti uero  
qui turrem fidei cōstruebant omnium linguarum scientia & agnitione donati sunt: ut illud peccati: hoc fidei  
probaretur inditium. Sed iam nobis etiam de ipsis aliquid contrectandum est margaritis: in quibus primo in  
loco fons & origo ponitur: cum dicitur Credo in deum patrem omnipotentem. Verum prius quæ incipiam de ipsis  
sermonum uirtutibus disputare: illud non impune commemorandū puto quod diuersis ecclesiis aliqua in his uerbis  
inueniuntur adiecta. In ecclesia tamen urbis romæ hoc non depræhenditur factum: quod eo propterea esse ar-  
bitror quod neque hæresis ulla illic sumpsit exordiū: & mos mihi seruatur antiquus eos qui gratiam baptismi susce-  
pturi sunt publice id est fidelium populo audiente symbolum reddere: & utique adiectionem huius saltem ser-  
monis eorum qui precesserunt in fide non admittit auditum: In cæteris autem locis quantum intelligi datur pro-  
pter nonnullos hæreticos addita quedam uidentur: per quæ nouellæ doctrinæ sensus crederetur excludi. Nos  
tamen illum ordinem sequimur: quem in aquilegensis ecclesia lauacri gratia suscepimus. Credo igitur primo  
omnium ponitur sicut paulus apostolus ad hebræos scribens dicit. Credere enim primo omnium accedentē  
accedentem ad deum oportet: quia est: & credentibus remunerator sit. Sed & propheta dicit. Nisi cre-  
dētis non intelligētis. Ut ergo intelligentia auditu patefiat teste: primo omnium te credere profiteris: quia nec  
mare quis ingreditur: & liquido a profundo se se committit elemēto nisi se prius credat posse saluari: nec agricola se  
mina sulcis obruit: & fruges spargit in terram: nisi crediderit uenturos imbres affuturum quoque solis teporem:

Symboli expositio

De deo dicitur periculosum est

Symbolum quare  
fructum

Integris lineis

Monumentum fidei e margaritis  
& uicis lapidibus edificantes

Nulla hæresis R. omne  
sumpsit exordium.



quibus terra confota segetes multiplicata fruge producat: ac uentis spirantibus nutriat. Nihil deniq; est: quod in uita geri possit: si non credulitas ante Precesserit. Quid igitur mirū si accedentes ad deum credere nos primo omnium profiteamur: cum sine hoc nec ipsa exigi possit uita cōmunis. Hoc autem iccirco in principiis premisimus: quia pagani nobis obiicere solent: q; religio nostra quia rationibus deficit in sola persuasione consistat: & ideo ostendimus nec agi nec stare aliquid posse nisi precesserit ius credendi: Deniq; matrimonia contrahuntur: quia creditur successura posteritas: & pueri discendis artibus traduntur: quia magistrorū in discipulos transfundenda creditur disciplina. & imperii insignia unus suscipit: dum credit sibi populos & urbes armatum etiam exercitium paritur. Quod si hæc singula nisi prius crediderit futura nullus aggreditur: quomodo non multo magis ad agnitionem dei credendo ueniat. Sed uideamus quid iam breuius hic sermo symboli proponat. Credo inquit in deum patrem omnipotentem. Orientales ecclesie omnes pene ita tradunt. Credo in unum deum patrem omnipotentem: & rursum in sequenti sermone ubi nos dicimus & in Christum Iesum unicum filium eius dominum nostrum: illi tradunt: & in unum dominum nostrum Iesum Christum unicum nisi filiū eius. Vnū scilicet deum & unum dominum secundū auctoritatem Pauli apostoli profiteamur. Sed de hoc insequentibus locis repetemus. Nunc interim quod ait In deum patrem omnipotentem uideamus. Deus secundū quod opinari potest humana mens naturæ ipsius uel substantiæ quæ est super omnia appellatio est. Pater arcani & ineffabilis sacramenti uocabulum est. Deum cū audis substantiam intellige: sine initio: sine fine: simplicem: sine ulla admixtione: inuisibilem: in corporeū: ineffabilem: inestimabilem: in quo nihil adiunctū: nihil creatū sit: sine auctore. est enim ille qui est omnino omnium auctor. Patrem cū audis filii intellige patrem: qui filius supradictæ sit imago substantiæ. Sicut enim nemo dicitur dominus nisi habeat uel possessionem uel seruum cui dominetur: & sicut nemo magister dicitur nisi discipulū habeat: ita & pater nullo pacto quis dici potest: nisi filium habens. Hoc igitur ipso noie quo deus pater appellatur cū patre pariter subsistere etiam filius demonstratur. Quomodo autē deus pater genuerit filium nolo discutias: nec te curiosius ingeras in profundo arcani: ne forte dum inaccessæ lucis fulgorem pertinacius perscrutaris exiguum ipsum qui mortalibus diuino munere cōcessus est perdas aspectū. Aut si putas in hoc omni indagatiōis genere utendū: prius tibi propone quæ nostra sunt quæ si consequenter ualueris expedire: tunc a terrestribus ad cælestia: & a uisibilibus ad inuisibilia properato. Expedi primo si potes quomodo mens quæ intra te est generet uerbum: & quid sit in ea memoriæ spiritus: quomodo hæc cū diuersa sint rebus & actibus unū tamen sint uel substantia uel natura: & cum emente procedant nunq̄ tamen ab ipsa separentur. Et si hæc quis in nobis & maxime nostra substantia habentur: tamē tanto nobis occulta uidentur quanto aspectui corporeo inuisibilia. De apertioribus requiramus. Fons quomodo in se generat fluuiū: quo autē spiritu rapidum fertur fluentū: Quid est q; dū unū & in separabile sit fluuius & fons: nec fluuius fons: nec fons fluuius intelligi aut appellari potest: & tamen qui uiderit & fontem. Exerce te prius in horum explanatione: & discute si potes quæ habentur in manibus: & tunc ad horū similia ueniamus. Nec putes q; te statim de terra ascendere sua deā super cælos: sed prius si te placeat ad iustud firmamentum quod oculis uidet educam: & ibi si potes naturam huius uisibilis luminis discute quomodo ignis iste celestis generet ex semetipso splendorem lucis: quomodo etiam perducatur uaporem. & cum tria sint in rebus: unum tamen sunt in substantia. Quod & si hæc singula inuestigare potueris: scito adhuc diuinæ generationis mysterium tanto eē differentius & eminentius: quanto creator creaturis potentior: quanto artifex opere suo præstantior: quanto ille qui semper est eo qui ex nihilo cœpit esse nobilior. Credendus est ergo deus esse pater unicus filii sui domini nostri non discutiendus. Neq; enī fas est seruo de natalibus domini disputare. Contestatus est pater de cælis dicens: Hic est filius meus dilectus: in quo mihi bene complacui: ipsum audite. Pater ipsum dicit esse filium suum: & ipsum audiri iubet. Filius dicit qui uidet me: uidet & patrem meum. Ego & pater unū sumus. Et ego ab eo exiui: & ueni in hunc mundum. Quis est qui inter has patris & filii uoces medius se discussor interferat: & diuinitatem diuidat: affectum separet: substantiam rumpat: spiritum secet: neget esse uerum quod ueritas dicit. Est ergo deus pater uerus tanq̄ ueritatis pater: non extrinsecus creans: sed ex eo quod ipse est filium generans id est quia sapiens sapientiā: quia iustus iusticiam: quia sempiternus sempiternum: quia immortalis imortalem: quia inuisibilis inuisibilem: quia lux splendorē: quia mens uerbum. Quod autē diximus orientis ecclesia tradere unum uerum deum patrem omnipotentem & unum dominum: hoc intelligendum est unum numero dici sed uniuersitate. Verbi gratia: Si quis dicat unum hominem aut unum equū: hic unū pro numero posuit. potest. n. & alius homo esse & tertius: uel equus. Vbi autē secundus uel tertius non potest iungi: unus si dicatur non uniuersitatis sed uniuersitatis est nomen. Ut si exempli causa dicamus unum solem: hic unus ita dicitur: ut uel alius uel tertius addi nō possit. Unus ē enī sol. multo magis ergo deus cū unus dī unus nō nūeri sed uniuersitatis uocabulo nūcupat. i. q; ppea unus dī q; alius non sit. Similiter & de dño accipiendū ē q; unus sit dñs Iesus christus p quē deus pī dñatū oīum tenet. Vnde & sequens sermo oīpotentē pronunciat deū. omnipotens autem ab eo dicitur q; omnium teneat potentatum. Teneat autem omnia pater per filium sicut & apostolus dicit: Quia per ipsum creati sunt omnia uisibilia: siue troni dominationes siue principatus siue potestates. Et iterum ad hæbreos scribens dicit: Quia per ipsum sæcula instituit. & ipsum constituit hæredem uniuersorum. Quod si per ipsū sæcula instituit pater: & per ipsum creati sunt omnia: & ipse est hæres omnium: ipsum ergo & potētatum omnium tenet: quia sicut de luce & ueritas de ueritate: ita de oīpotente omnipotens natus est: ut in apocalypsi Ioānis scriptū ē. Et requiem non habent die ac nocte dicentes: Sanctus sanctus sanctus dominus deus sabaoth. qui erat & qui est & qui uenturus est omnipotens. Omnipotens ergo dicitur qui uenturus est. & quis est alius

terra confota

non exaltet uita cōmunis  
exigi non potest

religio nra merito deficit

mentales estis

humana mens de deo  
comparatur

quid

deus dicitur

mens generat seruum

mens quæ splendorē & uaporem

non est fas seruo de natalibus  
domini disputare

mens uniuersitatis nomen

unus sol

unus deus

omnipotens unus

et inuisibilis

lux

uis

deus

pater

nisi

flumin  
uideret

unus

per



Paraphraſis huius dicitur

Hicſus ſaluator

Chriſtus uel dicitur  
regnum nomen in  
pontificatus

Unus eſt uer- men ſenfus  
ab

Exempla nō proſta  
habent ſimilitudines

Natus manet mortuus

Exempla nō in aly qſt ſctū

ſubſtantiam  
Unus

inde Sabelli  
uſq; hinc

ſperat  
p

non

non

est alius q̄ uenturus ē niſi ieſus chriſtus filius dei: His addit̄ iuiſibile p̄ſſibile. Sciēdū q̄ duo iſti ſermōes i eccle-  
ſiā romanā ſymbolo non habentur. Conſtat aut̄ apud nos additos hæreſeos cauſa Sabellii illius profecto quæ  
a noſtris patripaſſia appellat̄ .i. quæ patrē ipſum uel ex uirgine natū dicit: & uiſibile factum eſſe uel paſſū af-  
firmat in carne. Ut ergo excluderet talis impietas de patre uident̄ hęc addidiſſe maiores: & inuiſibile patrē at  
q̄ impaſſibile dixiſſe. Conſtat eni filiū nō patrē incarnatū: & ex carne natū: & ex natiuitate carnis filiū uiſibile  
& paſſibile factum. Quātum aut̄ expectat ad illā deitatis mortalē ſubſtantiā quæ una ei eadēq; cum patre ē:  
ibi neq; pater neq; filius neq; ſpiritus ſanctus uiſibilis aut paſſibilis credit̄. Secundū dignationem uero carnis af-  
ſumptæ filius & paſſus in carne eſt. Quod & propheta prædixerat ubi ait: Hic deus noſter nō reputabitur al-  
ter ad eū: qui inuenit omnem uiā diſciplinæ: & dedit eam iacob puero ſuo: & iſrael dilecto ſuo: poſt hęc i terris  
uiſus eſt & inter homines conuerſatus eſt. Sequitur poſt hoc: Et in Ieſum chriſtū unicū filium eius dominū no-  
ſtrum: Ieſus hæreſi uocabuli nomen quod apud nos ſaluator dicitur. Chriſtus chriſmate .i. ab unctiōne appel-  
latur. Legimus enim in libris Moysi q̄ Auſes Nauæ filius cum electus eſſet dux populi cōmutato nomine de  
Auſe Ieſus cognominatus ſit: quo. ſ. oſtenderetur hoc eſſe nomen: quod principibus & ducibus conueniret: his  
dumtaxat qui ſalutem ſequentibus ſe populis darēt. Itaq; & ille Ieſus appellatus eſt qui eductum de terra egypti  
populū & de erroribus heremi liberatū in terrā repromiſſionis induxit. Et hic Ieſus qui populū de ignoran-  
tiā tenebris eductū: & de mundi erroribus euocatū introduxit ad regna cælōrū. Chriſtus quoq; uel pontifica-  
le uel regiū nomen eſt. Nam prius & pontifices unguento chriſmatis conſecrabantur & reges: Sed illi ueluti  
ueluti mortales & corruptibiles ungebantur. hic uero ſancto ſpiritu perunctus chriſtus efficitur: ſicut ſcriptu-  
ra de eo dicit: quem unxit pater ſpiritu ſancto miſſo de cælis. Et Eſaias præſignauerat dicens ex perſona filii:  
Spiritus domini ſuper me: propter quod unxit me: euangelizare me miſit pauperibus: Quia ergo oſtendimus  
quid ſit ieſus qui populū ſaluet: & quid ſit chriſtus qm̄ pontifex factus ſit in eternum: nunc ex conſequenti-  
bus de quo dicantur iſta uideamus: Unicum filium inquit eius dominum noſtrum. Poſt hoc docet nos quia Ie-  
ſus iſte de quo diximus: & Chriſtus de quo expoſuimus unicū filius dei & noſter dominus eſt. ne forte humana  
putes iſta uocabula terrenum te aliquid doceāt: ideo ſubiungit Unicum hunc eſſe filium dei dominū noſtrū.  
Unus enim de uno naſcitur: quia & ſplendor unius eſt lucis: & unū eſt uerbum cordis. nec in numerū pluralē  
deſluit in corporea generatio: nec in diuiſionē cadit: ubi q̄ naſcitur nequaq; a generante ſeparantur. Unicus eſt ut  
menti ſenfus: ut cordi uerbum: ut forti uirtus: ut ſapientia ſapienti. Nam ſicut ſolus ſapiens pater: apoſtolo dici-  
tur: ita & ſolus filius ſapientia nominatur. Unicus ergo filius eſt. & cum ſit gloria: ſempiternitate: uirtute: regno  
potestate: hoc quod pater eſt: omnia tamen hęc non ſine auctore ſicut pater ſed ex patre tanq̄ filius habet. cūq;  
ſit ipſe omnium caput: ipſius tamen caput pater eſt. Sic enim ſcriptum eſt: Quia caput chriſti deus eſt. Filium  
ſane cum audis: nolo generationem carnalis natiuitatis aſſumas: ſed memento hoc de incorporea dici ſubſtan-  
tia & naturæ ſimplicis. Si enim ut ſupra iam diximus uel in eo quod cor generat uerbum: uel mens ſenſum: uel  
lux ex ſe parit ſplendorem: nihil horū requiritur: nec ulla in tali generatione fragilitas cogitatur: quanto prius  
& ſacratius de ore oijum creatore cenſendum eſt: Sed fortatte dicas: iſta quam memoras in ſubſtantiua eſt ge-  
neratio: neq; enim lux ſubſtantiuum facit ſplendorem: aut cor ſubſtantiuum generat uerbum. Filius autem dei  
ſubſtantialiter aſſeritur generatus. Ad hoc primo omnium illud dicimus cum etiam in cæteris proferuntur exē-  
pla: non per omnia tamen ſimilitudinem ſeruare poſſunt rei illius: cui præbere putantur exemplum: ſed unius  
alicuius partis: pro qua uidentur aſſumpta: ſimilitudinem tenent. Verbi gratia: Ut cum in euangelio dicit̄. Si-  
mile eſt regnū cælōrū fermento quod abſcondit mulier in farinæ mēſuris tribus: Nunquidnam putabimus re-  
gnū cælōrum per oīa ſimile eſſe fermento: ut ſubſtantiua illa ita palpabilis ſit ac fragilis: ut & acida fieri poſſit &  
corrupta: Sed ad hoc ſolum exemplum iſtud uidetur aſſumi: ut oſtenderetur ex parua prædicatione uerbi dei  
humanas mentes fidei fermento poſſe coaleſcere. Similiter & cum dicitur. Simile eſt regnū cælōrū reti miſſo i  
mare: quod ex omni genere piſciū abſtrahit. Et in hoc nūquid putandū eſt: q̄ naturæ lini: quo rete operamur:  
ac nodis quibus maculæ neſcuntur: regni cælōrum ſubſtantiua per oīa cōferat̄: Sed ad hoc ſolum uidetur aſſū-  
pta cōparatio: ut oſtenderetur quia ſicut rete de profundo maris piſces aducit ad littus: ita de profundo ſæculi  
huius errore humana animæ regni cælōrum prædicatione liberantur. Ex quibus conſtat exempla in omnibus  
his quorū exempla ſunt eſſe ſimilia: Alioqn ſi eadē eēt oīa: iam non exēpla dicerentur: ſed ipſe potius res de q̄  
bus agitur uiderentur. Deinde etiam illud dicendum eſt: q̄ nulla creatura talis eēt poſſet qualis creator eius: &  
ideo ſicut ſine exemplo eſt diuina ſubſtantiua: ita & ſine exemplo eſt diuinitas: Tum etiam illud addimus. Quia  
omnis creatura ex nihilo eſt: Si ergo in ſubſtantiua ſcintilla quæ ignis eſt: ex ſe creaturā quæ nihilo facta eſt gi-  
gnit & conditionem in hoc ſeruat originis ſue: illius æternæ lucis ſubſtantiua: quæ ſemper fuit: quia in ſubſtanti-  
uum in ſe nihil habuit in ſubſtantiuum ex ſe ſplendorem proferre non potuit. Et ideo recte unicū dicitur fi-  
lius: Unicus enim ei ſolus eſt quin ita natus eſt: nec comparationem aliquam poſſet habere quod unicū eſt:  
nec ſimilitudinē in ſubſtantiua cum facturis ſuis habere poſſet ille qui factor eſt omnium. Hic eſt ergo Chri-  
ſtus Ieſus unicū filius dei q̄ eſt dominus noſter. Unicus & ad filium referri & ad dominū pōt. unicū eſt. n. ue-  
re filius: & unus dominus Ieſus Chriſtus. Cæteri quippe filii licet filii dicantur: adoptionis tamē gratia dicunt̄:  
nō ueritate naturæ. & ſi dicuntur alii domini: conſeſſa tamē non ingenita potestate dicuntur. Hic uero ſolus eſt  
unicū filius: & ſolus unicū dominus. ſicut & apoſtulus ait. Et unus dominus Ieſus Chriſtus: per quem omnia.  
Ideo poſtea q̄ præpoſitus ordo fidei: ineffabile ſacramentum filii de natiuitate patris expoſuit: nunc ad huma-  
næ ſalutis dignationem diſputationēq; deſcendit. & hunc quem ſupra dixit unicū filium dei: & dominū no-



strum. nunc dicit: Qui natus est ex spiritu sancto ex maria uirgine: Hæc iam inter hoies disputatiõis natiuitas  
 est: illa diuinæ substantiæ: hæc dignationis est: illa naturæ. De spiritu sancto ex uirgine nascitur: & iã in hoc loco  
 mūdior auditus requiritur & purior sensus. Hunc. n. quē dudum de patre natum ineffabiliter didicisti: a spiri-  
 tu sancto templum fabricatum: intra secreta uteri uirginalis intellige: & sicut in sanctificatione sancti spiritus  
 nulla sentienda est fragilitas: ita & in partu uirginis nulla intelligenda est corruptio: Nouus enim huic sæculo  
 datus est hic partus: nec immerito. Qui. n. in cælis unicus filius est: consequenter & i terra unicus est: & unice  
 nascitur. Nota sunt omnibus: & i euāgeliis decantata de hoc scripta prophetarum: quæ dicunt: q uirgo concipiet  
 & pariet filium. Sed & partus ipsius mirabilem modū Ezechiel propheta ante formauerat. Mariam figu-  
 raliter portam domini nominans: per quā. s. dominus ingressus est mundum. Dicit ergo hoc modo. Porta autē  
 quæ respicit ad orientem clausa erit: non aperietur: & nemo trāsibit per eam: quoniam dominus deus israel trās-  
 sibi per eam & clausa erit. Quid tam euidentis de consecratione uirginis dici poterat: Clausa fuit in ea uirgini-  
 tatis porta per ipsam intrauit dominus deus israel: per ipsam in hunc mūdum de utero uirginis processit: & in  
 æternum porta uirginis clausa: seruata uirginitate permansit. Igitur sanctus spūs refert dominicæ carnis: & tē-  
 pli eius creator. Incipe iam hinc intelligere etiã spūs scti maiestatem. Cōtestat enim & euāgelicus sermo de ipso.  
 Quod cum loquenti angelo ad uirginē & docēt: quia paries filium: & uocabis nomen eius Iesum: Hic enim  
 saluum faciet populū a peccatis suis: illa respondisset: Quomodo fiet istud quoniam uirum nō cognosco: dixit  
 angelus ei. Spūs sanctus ueniet super te: & uirtus altissimi obumbrabit tibi: & ideo quod nascetur ex te sanctū:  
 uocabitur filius dei. Vide ergo cooperatē sibi inuicē trinitatem. Spūs sanctus uenire dicit sup uirginē: & uir-  
 tus altissimi obūbrare ei. Quæ est autē uirtus altissimi: nisi ipse christus qui est dei uirtus & dei sapientia: Cuius  
 autē hæc uirtus est: Altissimi inquit. Adest ergo altissimus: adest & uirtus altissimi obumbrare ei. Quæ est autē  
 uirtus altissimi nisi ipse christus qui est dei uirtus & sapientia: Cuius autē hæc uirtus est: Altissimi inquit. Adest  
 ergo altissimus: adest & uirtus altissimi: & adest & spūs sanctus. Hæc est trinitas ubiq; latens & ubiq; apparens  
 uocabulis personiq; discreta: inseparabilis uero substātia deitatis: & quamuis solus filius nascatur ex uirgine:  
 adest tamē & altissimus: adest & spūs sanctus: ut & cōceptus uirginis sanctificetur & partus. Verum hæc quia  
 ex scripturis prophetis asseruntur possunt fortasse iudæos quamuis sint infideles & increduli confutare. Sed  
 pagani solent ridere nos cum audiunt predicari a nobis uirginis partum: propter quod paucis & eorum obre-  
 ctationibus respondendum est. Omnis partus ex tribus ut opinor constat: si adultæ ætatis sit fœmina: si uirum  
 adeat si non sit illius uulua uitio sterilitatis occlusa Ex his tribus in hoc partu quem prædicamus unum defuit:  
 Vir. s. & hanc partem (quia qui nascebatur non erat terrenus homo sed cælestis) per spiritum cælestē dicimus  
 salua uirginis incorruptione completam. Et tamē quid mirum uidetur: si uirgo conceperit cum orientis auem  
 quem phœnicem uocant: intantū sine coniuge nasci uel renasci constet: ut semper una sit: & semper sibi ipsa na-  
 scendo uel renascendo succedat: Apes certe nescire coniugia: nec fœtus nixibus edere omnibus palam est. Sed  
 & alia nōnulla deprehenduntur uti huiuscemodi sorte nascendi. Hoc ergo incredibile uidebitur diuina uirtu-  
 te ad totius mundi reintegrationē factum: cuius exempla etiam in animalū natiuitate cernunt. Et tamen mi-  
 randum est cur hoc gentilibus impossibile uideatur qui credunt: Mineruam suā de cerebro Iouis natā. Quid  
 ad credendum difficilius: aut quid magis contra naturam est: Hic fœmina est: hic naturæ ordo seruatur: hic  
 conceptus & partus temporibus suis editur. ibi nunq; fœmineus sexus: sed uir solus: & partus. Qui illa credit:  
 cur ista miret. Sed & liberum dicunt de femore eius natum: Ecce aliud portenti genus: & tamen creditur. Vene-  
 rem quoq; quam aphroditē uocant de spuma maris: sicut & ois eius compositio ostendit: credunt esse progeneri  
 tam. De ouo natum Castorem pollucēq; confirmat. Ex fœmica myrmidones. Et alia mille sunt quæ quis con-  
 tra naturam rerum uenientia: ipsis tamen sunt uisa credibilia: ut Deucalionis & Pirrhæ lapides iactos & homi-  
 num ex his segetem natam. Et cum hæc tot & talia figmenta crediderint: unum eis impossibile uidetur: q; ado-  
 lescens fœmina diuinum germē non hominis uitio sed deo spirante conceperit: Qui utiq; si ad credēdū diffi-  
 ciles sunt: illis tot & tā turpibus mōstris fidē nequaq; cōmodare debuerat. Si uero faciles sunt ad credēdū mul-  
 to promptius hæc nostra tam honesta & tam sancta recipere: q; illa tam indigna & tam fœda credere debuisset.  
 Sed dicūt fortassis: quia possibile quidem fuerat deo: ut Virgo cōciperet: possibile etiam fuerat ut pareret: Sed  
 indignum eis uideri: ut tanta illa maiestas per genitalis fœminæ transiret egressus: Vbi quis nulla fuerit ex ui-  
 ri comixtione cōtagio: fuit tamen ipsius præputii obscenæ attrectationis iniuria. Pro quo paulisper eis secun-  
 dum sensum suū respondeamus. Siquis uideat paruulum in profundo cœni necari: & ipse cū sit uir magnus &  
 potens extremus ut ita dixerim ingrediatur cœnū: ut paruulū liberet morientem: pollutus ne a te accusabitur  
 hic uir: qui paruulum calcauerit luti an ut misericors laudabit q; uitam cōtulerit morituro: Sed hæc etiã de cōi-  
 hoie dicta sunt. Redeamus nūc ad naturā eius qui natus est. Quantū putas natura solis illo inferior ē: Quā-  
 tū creatura sine dubio creatore: Intuere nūc si solis radius in cœni alicuius uoragine dimittatur: nunqd nā ali-  
 qd inde pollutionis acqrit: Aut obscenoz illustratio: solis dicitur in iniuriam: Ignis quoq; quanto nā ē inferior  
 his de quibus sermo est: & nulla materia uel obscena uel turpis adbita ei: ignem polluisse creditur: Cū hæc ita  
 esse in rebus materialibus cōstet: tu in illa supereminēti & incorporea natura quæ super omnem ignem & sup  
 oē lumē est: pollutionis aliqd putas ac obscenitatis incidere: Tunc deinde etiã ad illud aduerte. Nos hominē  
 a deo creatū de terra de terræ limo dicimus: quod si obscenitas deo reputatur opus suum requirenti: multo ma-  
 gis ei reputabitur opus istud ab initio fabricanti. Et superfluū est dicere: cur per obscena transierit: cum non  
 possis dicere: cur obscenā condiderit. Et ideo obscenā hæc esse non natura sed obseruantia docuit. Cæterum  
 omnia

*In spiritu sancto nulla corruptio*

*porta domini*

*Spūs sanctus sup uirginem  
uirtus altissimi obūbrat  
Adest et spūs sctus*

*Partus ex tribus constat*

*Phœnicem  
Apes coniugia*

*Minerua*

*Castor  
Pollux  
Myrmidones  
fœmica*

*Solis radius in cœni non pollutus*

*uirtus*

*norm*

*Similitudo*

*h*



omnia quæ sunt in corpore ex uno eodẽq; luto formata: uisibus tantum & officiis naturalibus distinguntur. Sed ne illud quidẽ absolutiõẽ uacare huius questionis omittamus: quod substantia dei quæ oino est incorporea in seri corporibus uel capi ab eis principaliter nõ põt: nisi aliqua sit media substãtia spiritalis: quæ capax diuini spiritus possit esse: Verbi gratia ut si dicamus: lux oia quidẽ mēbra corpõris illustrare potest: a nullo tamen eorũ nisi a solo oculo capi potest. Solus est. n. oculus qui capax est lucis. Et filius ergo dei nascit ex uirgine: non principaliter soli carni sociatus: sed in aia inter carnẽ deũq; media generatus. Aia ergo media & in secreta rationabilis spiritus arce: uerbũ dei capiente absq; nulla quã suspicaris iniuria deus est natus ex uirgine. Et ideo nihil ibi turpe putandũ est: ubi sanctificatio spiritus inerat. Et aia quæ erat dei capax particeps fiebat etiã carnis. Nihil ibi dicas impossibile: ubi aderat uirtus altissimi. Nihil de humana fragilitate cogites: ubi plenitudo inerat diuitatis. Crucifixus sub Pontio Pilato: & sepultus: descendit ad inferna. Docet apostolus Paulus illuminatos esse debere oculos cordis nostri: ad intelligendũ quæ sit altitudo diuinitatis latitudo & profundũ. Altitudo ergo & latitudo & profundũ descriptio crucis est: cuius eam partẽ quæ in terra defixa est profundũ appellauit. Altitudinẽ uero illam quæ: i terrã porrecta sublimis erigitur. Latitudinẽ quoq; illam quæ distenta quoq; in dexterã leuãq; manus protendit. Cũ ergo tot species mortis sint quibus de hac uita exitus dari hoibus solet: quia uult nos Apostolus illuminatos corde scire rationẽ: cur ex his omnibus crucis potius species ad mortem delecta sit Saluatoris? Vnde sciendum est q; crux ista triumphus erat. Triũphi eni est & insigne est. Trophæũ deuicti hostis indicium est. Quia ergo adueniens Christus sicut Apostolus dicit tria pariter sibi regna subiicit (Hoc enim indicat ubi ait. Quia in nomine Iesu omne genua flectatur cælestium terrestrium & infernoꝝ: & hæc omnia sua morte uincedebat) Conueniens mysterio mors quesita est: ut in aere sublimatus: & aeris subiugans potestates: uictoriã diis supernis & cælestibus traderet. Expansas autem manus tota die sanctus propheta dicit eum tenere ad populũ qui est in terra: ut & incredulos contestaret: & inuitaret credentes. Ea uero parte quæ sub terram demergitur: inferna sibi regna subiiceret. Etenim (ut breuiter aliqua etiam de secretioribus pstringamus) ab initio deus cum fecisset mundum præfecit ei & præposuit quosdam uirtutum cælestium potestates: quibus regeretur & dispensaretur mortalium genus. Quod ita factum Moyses indicat in deuteronomii cantico ubi dicit. Cũ diuideret excelsus gentes statuit terminos gentium secundũ nomen: angelorũ dei. Sed & horũ nonnulli sicut & ipse qui princeps appellatus est mundi: datam ibi a deo potestatem: non his quibus acceperant legibus temperarunt: nec humanam genus diuinis obedire: sed suis parere præuaricationibus docuerunt. Et hinc aduersus nos peccatoꝝ cyrographa scripta sũt: q; ut propheta dicit. Peccatis nr̄is uenundati sumus. precium nãq; animæ suæ unusquisq; coligitur: cum concupiscẽtiã satisfecerit. Per istud ergo unusquisq; cyrographum ab illis rectoribus pessimis tenebatur: quod Christus detrahit adueniẽs: & hac eos potestate denudauit. Idq; sub ingenti mysterio Paulus indicat cum dicit de eo: delens quod aduersus nos erat cyrographum: & affigens illud cruci suæ: tradidit principatus & potestates triumphans: eos in semetipso rectores. Ergo illi quos humano generi præfecerat deus: in tyrannidis contumaciam uersi impugnare: commissos sibi homines aggressi sunt: & peccati proeliis debellare: sicut Ezechiel propheta mysticis designat eloquiis cũ dicit: in illa die procedent angeli festinãtes exterminare æthiopiã: eritq; inter eos perturbatio in die ægypti: quoniã rectitudo uenit. Ergo oipotencia eorũ nudata: Christus dicit triumphasse: ablatãq; ab eis potestãtẽ hoibus tradidisse: sicut ad discipulos suos dicit ipse in euãgelio: Ecce dedi uobis potãtẽ calcandi super serpentes & scorpiones & omnẽ uirtutem inimici. Illos itaq; qui accepta potãtẽ male abusi sũt: subiectis quondã suis subiicit crux Christi. Nos uero hoc ẽ humanũ genus edocet primo omnium usq; ad mortem resistere aduersus peccatum: & libenter interitum proprietate suscipere: Tunc deinde obedientiã nobis in hac eadem cruce proponit exemplũ: sicut in illis qui aliquãdo rectores nostri fuerant: posuit contumaciã pœnas. Audi ergo quomodo apostolus uult per crucem Christi obedientiam nos docere. Hoc inquit sentite in uobis quod in Christo Iesu: qui cum in forma dei esset: nõ rapinam arbitratus est esse se æqualem deo: sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens: in similitudinẽ hominum factus: & habitu repertus ut homo factus est obediens usq; ad mortẽ Mortẽ autẽ crucis. Quia ergo ille magnus magister est q; fecerit: & docuerit: ideo quæ prius etiam suscepta morte seruanda docuit: ipse hæc primus moriẽdo seruauit. Sed fortasse terre tur aliquis in huiusmodi doctrina: quod quem paulo ante cum deo patre diximus sempiternum: ac de eius substantia esse progenitum: quemq; regno: maiestate: æternitate unum cum deo patre esse docuimus: nunc de eius morte tractamus. Sed nolo terrearis o fidelis auditor: Paulo post istum quem audis mortuum rursus immortalem uidebis. Mors enim ab eo mortem spoliatura suscipitur. Nam sacramentum illud susceptæ carnis quod supra exposuimus: hanc habet causam: ut diuina filii dei uirtus: uelut hamus quidam habitu humanæ carnis obiectus. Et sicut apostolus Paulus ante dixit habitu inuentus ut homo: principem mundi inuitare possit ad agonem: cui ipse carnem suam uelut escam tradens hamo diuinitatis intrinsecus teneretur inserto. Et profusione immaculati sanguinis (Solutus est enim qui peccati maculam nescit) omnium peccata deleret eorũ dumtaxat: qui sanguine eius postes fidei suæ signassent. Sicut ergo hamum esca contactum si piscis rapiat: non modo escam ab hamo non remouet: sed & ipse de profundo esca futurus educitur: ita & is qui habebat mortis imperium: rapuit quidem in morte corpus Iesu: non sentiens in eo hamum diuinitatis inclusum: sed ubi deuorauit: hæsit ipse continuo: & disruptis inferni claustris uelut de profundo extractus trahitur: ut esca cæteris fiat. Quod ita futurum sub hac eadem figura Ezechiel dudum propheta significauerat dicens: Et extraham te in hamo meo: & extẽdam te sup terrã. Capi implebunt de te: & constituã super te omnes uolucres cæli: & saturabo ex te omnes bestias terræ. Sed & propheta dauid dicit. Dedit eum i escam populis æthiopiũ. Et Iob de eodẽ my-

Oculus lucis aperit

Altitudo latitudo et profundum dicitur est descriptio crucis

Cur in cruce mortuus Christus Crux Trophæum

Cur expansis manibus passus est Christus

Deus ipse angelos quibus regeret mortalium genus

Peccatis nostris uenundati sumus

Christus hanc triumphasse

Magnus et uerus magister qui fecerit et docuerit

Solutus deus post mortem nescit Hamum esca contactum

Trophæum

sibi quia

Similitudo



sterio similiter protestatur: ait enim ex persona domini loquentis ad se. Aut adducis draconem in hamo: aut ponis capistrū circa nares eius. Non ergo dāno aliquo aut iniuria diuinitatis Christus in carne patitur: sed ut per infirmitatē carnis operaretur salutē: diuina natura in mortē descendit: non ut lege mortaliū detineret a morte: sed ut per sese resurrecturus ianuas mortis aperiret: uelut si quis rex pergat ad carcerē: & ingressus aperiat ianuas: resoluat cathenas: uincula: seras & claustra cōminuat: & educat uinctos in remissionē: & eos qui sedent in tenebris & in umbra mortis: luci ac uitae restituat. Dicit ergo rex fuisse quēdam in carcere: nō tamē ea conditione qua qua fuerant ceteri qui tenebantur in carcere: sed illi quōdē ut pœnas solueret: hic uero ut absolueret pœnas. Cautissime autē qui symbolū tradiderūt: etiā tēpus quo hæc sub Pōrio Pilato gesta sunt designarūt: ne ex aliqua parte uelut uaga & incerta gestorū traditio uacillaret. Sciendū sane est: quod in ecclesiā romanā symbolo nō habet additū: Descendit ad inferna: sed neque in orientis ecclesiis habet hic sermo. Vis tamen uerbi eadē uidet esse in eo quod sepultus dicitur. Sed quoniā erga scripturas tibi diuinas amor & studium subiaceret: sine dubio dicis mihi: oportere hæc magis euentibus diuinā scripturā testimoniis approbari. Quāto enim maiora sunt quæ credenda sunt: tanto idoneis magis & indubitatis testibus indigent: Vera quippe est & cōsequens hæc propositio. Sed nos tanquā scientibus legere loquentes testimoniōrum siluam breuitatis causa derelinquimus. Pauca tamē ex multis etiā si in hoc requiritur adhibeamus: scientes studiosis quibusque scripturis diuinis latissimū testimoniōrum pelagus patere. Primo ergo oīum sciendum est quod ipsa ratio crucis non omnibus una eadēque est: sed aliud gentibus: aliud iudæis: aliud credentibus sapit. Sicut & apostolus dicit. Nos autem Christum prædicamus crucifixum: Iudæis quidem scandalum: gentibus autē stultitiam: ipsis uocatis iudæis & græcis: Christum dei ueritatem & dei sapiētiam. Et alibi. Verbum enim crucis pereuntibus stultitia est. His uero qui salui sunt uirtus dei est. Iudæi autem quibus ex lege traditum fuerat: Christum in æternum mansurū: scandalum patiebantur de carne eius: quia resurrectionem recipere noluerunt: Gentibus autem stultitia uidebatur deum mortē suscepisse: quia ignorabant mysterium carnis assumptæ. Fideles uero qui & natum & passum in carne susceperant: & a mortuis resurrexissent: merito uirtutem dei credebant esse: quæ uicerat mortem. Primo ergo hoc ipsum quod iudæi quibus propheta hæc prædixerant nō essent credituri: sed illi qui nunquā hæc a prophetis audierant: Audi quomodo per Esaiam propheticum sermone signatur: Quibus nō est inquit annunciatum de eo uidebunt: & qui non audierunt intelligent. Quod autem his qui meditabantur legem dei: a pueritia usque in senectutem non credentibus ad gētes esset omne mysterium transferendum: idem Esaias hoc modo prædicit. Et facie inquit dominus deus sabaoth omnibus gentibus: in monte isto bibent lætitiā: bibent uinum: ungentur unguento in monte isto. Tradet hæc omnia gentibus. Hoc enim consiliū omnipotens super oēs gentes. Sed dicerent fortasse nobis illi quod se iactant in scientia legis: blasphematis: qui dicitis dominum corruptiōni: mortis: & passioni crucis fuisse subiectū. Legite ergo quod scriptum habetis in lamentationibus Hieremias ubi dicit: Spiritus uultus nostri Christus dominus comprehensus est in corruptiōibus nostris. in quo diximus. Sub umbra eius uiuimus in gentibus. Audi quomodo propheta Christum dominum comprehensum esse dicit: & pro nobis id est pro peccatis nostris corruptiōni traditum: in cuius umbra (quoniam populus ille iudæorū permansit incredulus) gentilem subiectū esse dicit: quia uiuimus nō in israel sed in gentibus. Quod si operosum nō uidetur: quod possumus breuiter singula quæ in euangeliis referuntur: qualiter in prophetis prædicta sint: designemus: ut hi qui prima fidei elementa suscipiunt: testimonia hæc habeant in corde descripta: ne ulla eis unquā de his quæ credunt: ambiguitas inimica surripiat. Edocemur per euangelium: quod iudas unus de amicis & conuiujs Christi tradiderit eum. Audi hoc quomodo prænunciatur in psalmis. Qui manducat inquit panes meos: ampliabit aduersum me supplantationem. Et alibi: Amici inquit mei & proximi mei aduersum me appropinquauerunt & steterunt. Molliti sunt sermōnes super oleū: Et ipsi erunt iacula. Vis uidere quo modo molliti sunt: Venit inquit iudas ad iesum: & dixit ei. Aue rabi: & osculatus est eum. Per molle igitur osculi blandimentū execrabile iaculum prodicionis infixit. Inde dominus ad eū dicit. Iuda osculo filium hominis tradis triginta argenteis: Audis supplantationē eius ampliātam esse cupidine prodicionis: Audi & de hoc propheticam uocem. Et dixit inquit ad eos: Sibonū est in conspectu uestro date mercedem meā: aut abnuite. Et post hæc. Et accepi inquit triginta argenteos: & misi eos in domum domini in conflatorium. Nōne hoc est quod in euangeliis scribitur: Quia iudas pœnitentia ductus: reportauit pecuniam: & proiecit in templo: & discessit. Bene autē mercedem suam dicit: uelut imputantis & exprobrantis affectu. Etenim tam multa bona opera apud eos egerat: cæcos eorū illuminauerat: claudis pedes: paralyticis gressum: mortuis quoque reddiderat uitam. Pro his igitur oībus bonis mercedem eius restituūt: mortē triginta argenteos: æstimationem pensatam referunt. Refertur item in euangeliis: quod uictus est: prædixit hoc sermo propheticus per Esaiam dicens: Ve animæ eorū qui cogitauerunt cogitationem pessimā aduersum seipsums dicentes: Alligemus iustū: quia inutilis est nobis. Sed dicit aliquis: Nūquid hæc de domino intelligenda sunt. Nūquid dominus ab hoībus teneri poterat: & ad iudiciū protrahi: Et de hoc te idē propheta cōuicet. Dicit enim his uerbis ipse. dominus in iudiciū ueniet cū senioribus & principibus populi. Iudicatur ergo dominus secundū prophetā testimoniū: & nō solum iudicatur: sed etiā flagellis cædit: & palmis in facie uerberatur: & conspuitur & omne pro nobis perfert obprobrium indignitatis. Et quia hæc stupescenda erant oībus cū prædicarentur ab apostolis: Idcirco etiā ex persona ipsorū propheta exclamat & dicit. Domine quis credit auditui nō oīncredibile enim est: ut deus dei filius passus ista dicatur & prædicetur. ergo & prædicant per prophetas: ne qua creditōnis dubitatio nasceret. Ipse ergo ex sua persona Christus dominus dicit. Dorsum meum dedi ad flagella: & maxillas meas ad palmas: & faciem non auerti a confusione sputorū. Scribit etiam illud inter ceteras eius passiones: quod

Impus designatur no reatus uacillare

Testimoniū siluā

Ratio (cum omibz no indz est)

Genibz subitana uoluntate deum mortem suscepisse

Testimonia ueris instrumenti super passio Christi

Supplantatione

Accepi 30 Argenteos

Dns in iudicium ueniet

Similitudo

Delatus Testimonij

subripit

non restituit pœnas nisi uelut deus



Xenium

Rex larim siluester  
Herodes abomgona

Corona spinosa

protophylos

in chryso spinis coronat

Sanguis ex latere dicitur  
Aqua que rediens diluat  
Baptisma sanguis et aqua

per costam mulier

tenebra facta sunt

xxv. martij. Christus passus est

Vitis cocinea

Vino myrthati amara felle

Botrus amaritudinis

Larim

Siluester  
Herodes

luciferus  
luciferus

oia panni

nesq; alligates eum duxerunt ad Pilatum. Præsignavit etiã hoc propheta ubi dicit. Et alligates adduxerunt eum xenium regi larim: nisi si obiiciat aliquis & dicat: Sed Pilatus non erat rex. Audi ergo quid in consequentibus refert euangelium Audiens inquit Pilatus eum esse de Galilea: misit eum ad Herodem: qui erat tunc rex in Israel. Et bene addit nomen larim quod est siluester. Non enim erat Herodes de domo Israel: nec de illa uinea israelitica: quam eduxerat dominus de ægypto: & plantauerat in cornu in loco uberi: sed erat siluester: id est ex silua aliëigena: & ideo recte siluester est appellatus: quia de israelitica uitis nequaquam palmitibus pullulasset. Sed & hoc quod dicit propheta xenium: cõueniẽter aptauit. Tũc. n. Herodes & Pilatus (ut euangeliũ testatur) ex inimicis in cõcordiam reuocati sunt: Et uelut reconciliationis suæ xenium iustum: sibi inuicẽ mittebant Iesum. Quid interest dum modo Iesus ut saluator dissidentes reconciliet: & pacem reparet: ac etiam concordiam reddat: Vnde etiam de hoc scriptum est in Job. Dominus reconciliat corda principum terræ. Refertur item q; cũ Pilatus uellet eum dimittere: omnis populus succlamauerunt: Crucifige crucifige eum. Prænunciat hoc quoq; Hieremias propheta dicens ex persona domini ipsius. Facta est inquit hæreditas mea mihi sicut leo in silua de dit super me uocem suam propterea exosus sum eam: & propterea inquit dereliqui domum meam. Et iterum alibi dicit. Supra quem aperuistis os uestrum: & aduersus quem relaxastis linguas uestras. Cum iudicaretur scribitur tacuisse. Multæ de hoc scripturæ testantur. In psalmista dicitur: Factus sum sicut homo non audiens & non habens in ore suo increpationes. Et iterum: Ego tanquam surdus non audiebam: & sicut mutus non aperies os suum. Et iterum alius propheta dicit: Sicut agnus coram tondente se: sic non aperuit os suum in humilitate. iudicium eius sublatum est. Imposita ei scribitur corona spinosa. Audi de hoc in canticis canticorum: Super iniquitatem Hierusalem mirantis de iniuria filii dei patris uocem: & dicentis: Exite & uidete filia Hierusalem coronam qua coronauit eum mater sua. Sed & de spinis ita alius propheta commemorat. Et expectaui ut faceret uiam: fecit autem spinas: & non iusticiam sed clamorem. Verũtamen & mysterii secreta cognoscas. Oportebat eum qui peccata mundi uenit auferre: etiam terræ maledicta purgare: quæ peccante prothoplasto sententia præuancationis acceperat dicente domino. Maledicta terra in operibus suis: spinas & tribulos producet tibi. Propterea ergo spinis coronatur Iesus: ut prima illa condemnationis sententia solueretur. Ad crucem ducitur: & in ligno totius mundi uita suspenditur. Vis ergo de hoc propheticis testimoniis confirmari? Audi Hieremiam dicentem de hoc. Venite & iniiciamus lignum in panem eius: & conteramus eum de terra uiuentium. Et iterum Moyses ut deflens eos dicit: Et erit uita suspensa ante oculos tuos: & timebis per diem & noctem: & non credes uitæ tuæ. Sed transcurrendum nobis est. Iam enim proposita breuitatis modum excedimus: & breuiatum sermonem longa dissertione distendimus. Pauca tamen addemus: ne penitus quod cepimus præteritis se uideamus. Scribitur Iesus in latere percussus: aquam simul & sanguinem profudisse. Hoc quippe mysticum petierunt iudæi uenire super se & super filios suos. Produxit igitur aquam quæ credentes diluat: produxit & sanguinem: qui condemnet incredulos. Potest tamen etiam intelligi illud quod duplicem gratiam baptismi figurauerit: Vnam quæ datur per aquam baptismi: aliam quæ per mysterium profusionis sanguinis perquirunt. Vtrunq; enim baptismum nominatur. Quod & si hoc queris: cur non ex alio membro sed ex latere potius produxisse dicitur aquam & sanguinem? Videtur mihi per costam mulier indicari. Quia ergo fons peccati & mortis de muliere prima quæ fuit primi Adam costa processit: fons redemptionis ac uitæ de secundi Adam costa producitur. Scriptum est: q; in passione eius ab hora sexta usq; ad horam nonam tenebræ factæ sunt. Accipe & de hoc propheta testimonium dicentis. Occidet tibi sol meridie. Et iterum zacharias propheta. In illa inquit die non erit lux: & frigus & pruina in uno die: & dies ille notus domino: & neq; dies neq; nox: & ad uesperam erit lux. Quid tam euidentia propheta dici poterat? Vt iam tam hæc non tam futura prædici quam narrari præterita uideantur: & frigus & pruinam prædixit: propterea enim Petrus calefaciebat se ad ignem: quia frigus erat: & patiebatur frigus non temporis: sed fidei. Addit etiam: & dies illa nota domino: & neq; dies neq; nox. Quid est neq; dies neq; nox: nonne aperte de insertis diei tenebris: & reuocata rursus luce disseruit non fuit illa dies neq; n. incepit ab ortu solis. Neq; integra nox fuit. non. n. pacto dici cursu spatia sibi debita: uel ab initio suscepit: uel ad ultimum determinata perduxit: sed fugata per impiorum facinus: lux reparatur ad uesperam. Post horam enim nonam depulsis tenebris sol redditur mundo. Et iterum alius de hoc ipso testimonium dicit: & obscurabitur super terram lux. Docet euangelii prædicatio q; etiam milites diuiserunt sibi uestimenta Iesu: & supra tunicam eius miserunt sortem. Hoc etiam curæ fuit spiritui sancto prophetarum uocibus protestari cum dicit. Diuiserunt sibi uestimenta sua: & super uestem meam miserunt sortem. Sed ne de illa quidem ueste quam dicunt milites illudentes induisse eum: id est de ueste cocinea propheta siluerunt. Audi enim quid dicat Esaias. Quis est hic qui uenit de edom: rubor uestimentorum eius ex bosra. Quare rubicunda sunt uestimenta tua: & indumentum tuum: tanquam in torculari calcatum? Vnde & ipse respondit. Torcular calcaui solus filii syon. Solus est qui peccatum non fecit: & abstulit peccatum mundi. Si enim potuit per unum hominem mors introire: quanto magis per unum hominem qui deus erat potuit uita restitui? Refertur etiã q; aceto potatus sit: uel uino myrthato: quod est amarius felle. Audi quid de hoc propheta prædixerat: Et dederunt inquit in esca mea fel: & in siti mea potauerunt me aceto. Ad quæ respondens iam tunc Moyses dicebat de populo illo: ex uincis sodomorum uitis eorum: & palmes eorum de gomorris uua eorum uua fellis: & botrus amaritudinis ipsius. Et iterum exprobrans eos dicit populus stultus & non sapiens: hæc domino retribuisti? Sed & in canticis eadem prænunciant ubi etiã hortus in quo crucifixus est designatur. Dicit ergo intraui in hortum meum: sponsa mea: & uin-



demiaui myrrham meam: ubi euidenter uinū myrrhatum quo potatus est declarauit: Et spiritū post hæc scribitur reddidisse: prænunciatū fuerat & hoc per prophetam dicentē ex persona filii ad patrē. In manus tuas cōmendo spiritū meum. Sepultus perhibetur: & lapis magnus appositus ante ostium monumēti. Accipe etiā de hoc quid propheticus per Hieremiam sermo predixerit. Mortificauerunt inquit in lacum uitā meā: & posuerunt lapidem super me. Euidētissima hæc sepulturæ eius indicia prophetis uocibus designata sunt. Accipe tamen & alia. A cōspectu inquit iniquitatis ablatu est iustus: & in pace est locus eius. Et alibi: & dabo malignos pro sepultura eius: & item alius. Recubans dormiuit ut leo: & ut catulus leōis: quis suscitabit eum? Sed etiam q̄ in infernum descendit: euidenter pronuntiatur in psalmis: ubi dicit. Et in puluerem mortis deduxisti me. Et iterū. Quæ utilitas in sanguine meo: dum descendero in corruptionem? Et iterū: descendi in limum profundū: & non est substantia. Sed & Ioannes dicit: Tu es qui uenturus es in infernum sine dubio: an alium expectamus? Vnde & Petrus dicit: quia christus mortificatus carne: uiuificatus autem spiritu qui in ipso habitat: eis qui in carcere conclusi erant descendit spiritibus prædicare: qui increduli fuere in diebus Noe: in quo etiā quid operis in infernum egerit declaratur. Sed & ipse dominus per prophetam dicit tanq̄ de futuro. Quia nō derelinques animam meam in inferno: nec dabis sanctum tuum uidere corruptionem. Quod rursū ppheticè nihilominus ostendit impletum cum dicit: Domine eduxisti animam meam ab inferno: saluasti me a descendētibz in lacū. Sequitur post hæc. Tertia die resurrexit a mortuis. Resurrectiōis quippe gloria i christo clarificauit omne quod prius infirmum & fragile uidebatur. Sed tibi paulo ante non putabatur esse possibile usq̄ ad mortem uenisse immortalem: aspice nunc quia de uicta morte resurrexisse dicitur: non potest esse mortalis. Sed bonitatem in hoc intellige creatoris: quia ille eo usq̄ te sequentes opus eius caduco lapsu potuisse cōcludi: quo ille salutem operaturus peruenire non posset. Inferna & superna nobis dicuntur: qui creatura corporis circumscriptione cōclusi: intra regionis præscriptæ nobis terminos continemur. Deo autem qui ubiq̄ est: & nusq̄ deest: quid infernum est? aut quid supernum? Verumtamen in assumptione corporis etiam ista complent. Resuscitatur caro quæ reposita fuerat in sepulchro: ut adimpleretur quod dictum est per prophetam: Quia non dabis sanctum tuum uidere corruptionem. Rediit ergo uictoria mortuis: inferni spolia secum trahens. Eduxit enim eos qui tenebantur a morte: sicut & ipse prædixerat ubi ait. Cum exaltatus fuero: omnia ad me ipsum traham. Attestatur autem de hoc euangelium cum dicit: Quia monumenta aperta sunt: & multa corpora dormientium sanctorum resurrexerunt: & apparuerunt multis: & ingressi sunt in sanctam ciuitatem illam: sine dubio ingressi sunt ciuitatem: de qua apostolus dicit. Quæ autem sursum est Hierusalem libera est: quæ est mater omnium nostrum: sicut & ad hebræos iterum dicit. Decebat enim eum: propter quem omnia: & per quem omnia: multos filios in gloriam adducentem: auctorem: salutem eorum per passionem consummare. Igitur consummatam passionibus carnem humanam quæ mortem ceciderat per prothoplasti lapsū: resurrectiōis uirtute reparatam: in dextera dei sedens in altissimis collocauit: ut & apostolus dicit. Qui simul excitauit nos: simulq̄ sedere fecit i cælestibus. Hic enim erat figulus: qui ut Hieremias propheta docet: uas de manu sua collapsum & confractum: rursū eleuauit manibus suis: & reformauit: sic placuit in conspectu eius. Placuit autem ita: ut corpus quod mortale & corruptibile suscepit de sepulchri petra leuatum: & immortale atq̄ incorruptibile affectum: iam non in terrenis sed in cælestibus & patris dextera collocaret. Plenæ sunt his sacramentis scripture ueteris testamenti. Nullus super hoc propheta: nullus legis lator aut psalmographus siluit: sed omnis pene sacra de his pagina loquitur: & ideo superfluum uidetur imorari nos ad congreganda testimonia. Pauca tamē & admodum pauca ponemus: ad ipsos fontes diuinorum uoluminum remittentes eos: qui potari abundantius cupiunt. Dicit ergo statim in psalmis. Ego dormiui & soporatus sum: & exurrexi quoniam dominus suscepit me. Item in alio. Propter miseriam inopum & gemitum pauperum nunc exurgam dicit dominus. Et alibi sicut iam superius diximus. Domine eduxisti de inferno animam meam: saluasti me a descendētibz in lacū. Et in alio loco. Quoniam reuersus uiuificasti me: & de abyssu terræ iterū reduxisti me. Euidētissime in octuagesimo septimo psalmo de eo dicitur: Et factus est sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber. Non dixi homo: sed sicut homo qui descenderat in infernū: sed inter mortuos liber erat: quia a morte teneri non poterat. Et ideo in uno natura humanæ fragilitatis: in alio diuinæ maiestatis potestas ostenditur. Osee autem propheta etiam de tertia die manifestissime pronuntiat hoc modo. Sanauit inquit nos post biduum: in die autem tertia resurgemus: & uiuemus in conspectu eius. Hæc autem ex persona eorū dicit: qui cum ipso die tertia resurgentes: de morte reuocantur ad uitam. Et ipsi sunt qui dicunt: Die tertia resurgemus & uiuemus in conspectu eius. Esaias uero aperte dicit: Qui eduxit de terra pastorem magnum ouium. Sed q̄ & mulieres uisuræ essent resurrectiōem eius: scribis & phariseis & populo non credente: etiam hoc predicat Esaias his uerbis. Mulieres quæ uenitis ab spectaculo uenite. Non enim est populus habens intellectum. Sed etiam de illis mulieribus quæ post resurrectiōem perrexisse ad sepulchrum dicuntur: & quæsisse eum & non inuenisse. Sicut de Maria Magdalene: quæ refertur uenisse ad monumentum ante lucem: & non inuento eo flens dixisse ad angelos: quia tulerunt dominum: & nescio ubi posuerunt eum. Etiam de hoc ita prædicatur in canticis canticorum: In cubili meo quæsiui quem dilexit anima mea. In noctibus quæsiui eum: & non inueni. De illis quoq̄ qui inuenerunt: & tenuerunt pedes eius: prædicatur in canticis canticorum. Tenebo eum: & non dimittam eum: quem dilexit anima mea. Hæc inter pauca de multis. Breuitati enim studentes: plura coaceruare non possumus. Ascendit ad caelos: sedet ad dexteram patris. Inde uenturus est iudicare uiuos & mortuos. Consequēti breuitate in fine sermonis hæc continentur: in quibus quod dicitur quidem palam est. Sed consequēter quo sensu intelligi debeat

// Sequendo descendit: usque  
quo tu peccando deus es  
Nec creatorem omni deum  
impossibilitatis accusat: ut  
tibi paret //

prothoplasti lapsus

psalmographus

et homo sine adiutorio inter mortuos

Die tertia resurgemus

quæ



Ascendere

Deus dicitur Sedere  
Venerit

Edum portas rei

Tollit portas

Dixit dominus dno meo

liberatus uiuus et mortuus

huius animae: Marci regni

conspicuum

quæ dicuntur ascendisse: & sedere: & uenturum esse: nisi secundum dignitatem diuinitatis intelligas: aliquid p hæc humanæ fragilitatis uidebitur indicari. Consumatis etenim his quæ in terra gerebantur: & anima de iser- ni captiuitate reuocata: ascendere memorat ad cælos: sicut ppheta prædixerat. Ascendēs i altū: captiuā duxit ca- ptiuitatē: dedit dona hominibus: illa scilicet dona: quæ Petrus in actibus apostolorū de sancto spiritu dicebat: Exaltatus igitur in dextera dei effudit hoc donum quod uos uidetis & auditis. Donum ergo spiritus sancti de- dit hominibus: quia captiuitatem quam prius diabolus per peccatum deduxerat in infernum: christus per mor- tis suæ resurrectionem reuocauit ad cælos. Ascendit ergo ad cælos: non ubi uerbum deus ante non fuerat: quip- pe qui erat semper in cælis: & manebat in patre: sed ubi uerbum caro factum ante nō sederat. Deniq; quia no- uus iste ingressus portarum cæli aditus & principibus uidebatur: uidētes naturam carnis secreta cælorum pe- netrantes dicunt adinuicem: sicut Dauid plenus spiritu sancto denunciatur. Tollite portas principes uestras: & eleuamini portæ æternales: & introibit rex gloriæ. Quis est iste rex gloriæ: dominus fortis & potens domi- nus potens in prælio. Quæ uox utiq; non propter diuinitatis potentiam: sed propter nouitatem carnis ascen- dentis ad dei dexteram ferebatur. Dicit & alibi idem Dauid. Ascendit deus in iubilatione: & dominus in uoce tubæ. In uoce etenim tubæ mos est uictorem redire de prælio. De ipso quoq; & illud dicitur. Qui ædificat in cælo ascensionem suam. Et item alibi. Qui ascendit super cherubim: uolauit super pennas uentorum. Sedere quoq; ad dexteram patris: carnis assumptæ mysterium est. Neq; enim incorporali naturæ conuenienter ista absq; assumptione carnis aptantur: neq; sedis cælestis perfectio diuinæ naturæ: sed humanæ conquiritur: unde & dicitur de eo: Parata est sedes tua deus: ex tunc a sæculo tu es. Parata igitur a sæculo sedes est: i qua dominus Iesus sessurus erat: in cuius nomine omne genu flectatur cælestium: terrestrium: & infernorum: & omnis lin- gua confiteatur ei: quia dominus Iesus est in gloria dei patris. De quo & Dauid ita refert. Dixit dominus domi- no meo sede a dextris meis: donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Quæ tamen dicta domi- nus in euangelio differens dicebat ad pharisæos. Si ergo Dauid in spiritu dominum uocat eum: quomodo fili- us eius est: per quod ostendit se secundum spiritum dominum: secundum carnem filium esse Dauid. Vnde & ipse dominus iteꝝ dicit. Verum tamen dico uobis: ammodo uidebitis filium hominis sedentem ad dexteram uirtutis dei. Et Petrus apostolus dicit de christo: qui est in dextera dei sedens in cælis. Sed & Paulus ad ephesios scribens. Sed operationem inquit potentie uirtutis eius: quam operatus est in christo suscitans eum a mortuis & sedere faciens in dextera sua. Quod autem ueniat iudicaturus uiuos & mortuos: multis quidem diuinarum scripturarū testimoniis edocemur. Sed prius q̄ prophetis hæc eloquiis prædicta doceamus: illud necessario arbitror admonendum: quod ista fidei traditio quotidie nos uult de aduentu iudicis esse sollicitos: ut actus no- stros ita præparemus: tanq̄ redditori imminenti iudici rationem. Hoc enim erat quod & propheta dicebat de uiro beato. Quia disponit sermones suos in iudicio. Quod autem dicitur iudicare uiuos & mortuos: nō ideo dicitur quod alii uiui: alii mortui ad iudicium ueniāt: sed q̄ animas simul iudicabit & corpora: i quibus: uiuos animas: mortuos corpora nominauit. Sicut & ipse dominus in euangelio dicit. Nolite timere eos qui possunt corpus occidere: animæ autem nihil possunt facere. Sed timete potius eum: qui potest & animam & corpus perdere in gehennam. Nunc iam paucis si uidetur etiā per prophetas hæc prædicta esse doceamus. Plura au- tem testimonia cum uolueris: ipse tibi de scripturarū latitudine congregabis. Dicit ergo Malachias propheta. Ecce ueniet omnipotens: & quis sustinebit diem aduentus eius: aut quis sustinebit aspectum eius: quia ipse e- gredietur sicut ignis conflatorii: & sicut herba lauantium: & sedebit constans & purgans sicut argentum & si- cut aurum. Ut autem euidentius agnoscas quid sit iste dominus: de quo hæc dicuntur: audi quid & Daniel p- pheta pronunciet. Videbam inquit in uisu noctis: & ecce cum nubibus cæli quasi filius hominis ueniens ulq; quasi ad uetustum dierum perueniens: & in conspectu eius oblatus liber: & ipsi datus est principatus & honor & regnum: & omnes populi tribus: linguæ ipsi seruient: & potestas eius potestas æterna: quæ non preteribit: & regnum eius non corrumpetur. Ex his ergo edocemur non solum de aduentu & de iudicio: sed & de potestate eius & regno: quia potestas æterna sit: & sine corruptionis sine sit regnum: sicut & in euangelio dicitur: & regni eius non est finis. Vnde ualde alienus a fide est qui regnum Christi dicit aliquando finendum. Scire tamē de- bemus quod salutarem christi aduentum hunc conatur inimicus ad decipiendos fideles callida fraude simula- re: & pro filio hominis qui expectatur uenturus in maiestate patris sui: filium perditionis in prodigiis & signis mendacibus præparare: ut pro christo mundum hunc introducat antichristum: de quo & dominus in euan- gelis prædixit iudæis: Quia ego ueni in nomine patris mei: & non recepistis me: alius ueniet in nomine suo: & ipsum recipietis. Et iterum dicit: tunc uidebitis abominationem desolationis stantem in loco sancto: sicut di- cit Daniel propheta: qui legit intelligat. Daniel ergo de aduentu erroris istius plenius & latius in suis uisioibus edocet: ex quibus ualde operosum est nunc exempla ponere: quæ satis amplis narrationibus dilatantur: & ideo scire de his plenius uolentē ad ipsas magis recēsendas remittimus uisioēs: Sed & apostolus dicit de eo: Ne quis uos seducat ullo mō: quoniā nisi discessio uenerit primū: & reuelatus fuerit hō peccati filius perditionis: qui ad- uersat & extollit sup omne quod dicit deus aut colit: ita ut in tēplo dei sedeat ostendens se tanq̄ ipse sit deus. Et paulo post: & tūc reuelabit iniquus: quē dominus Iesus interficiet spiritu oris sui: & euacuabit eū illuminatio- ne aduētus sui cuius est aduentus secundū opera sathanæ in oī uirtute signis & prodigiis mendacibus. Et item paulo post: & ideo mittet illis deus operationē erroris: ut credant mēdacio: ut iudicent oēs: qui nō crediderunt ueritati: ppter ea ergo ppheticis & euāgelicis atq; apostolicis uocibus nobis pñūciat hic error: ne qui p aduē- tu christi aduētū credāt antichristi: sed sicut ipse dicit: Cū dixerit uobis. Ecce christus hic aut ecce illic: nolite cre-



dere. Venient enim multi pseudo christi & pseudo ppheta: & seducet multos. Sed quomodo demonstretur iudiciu ueri christi uideamus. Sicut fulgur inquit de oriente respundet usq; i occidentem: ita erit aduentus filii hois: cum ergo aduenerit dominus Iesus christus sedebit: & iudicium statuet: sicut & in euangelis dicit: & segregabit oues ab hædis. i. iustos segregabit ab iniustis: sicut & apostolus scribit: Quando omnes nos stare oportet ante tribunal christi: ut recipiat unusquisq; propria corporis prout gessit siue bona siue mala. Iudicamur autem non solum pro gestis: sed etiam pro cogitatis secundum q; & ipse apostolus dicit: Inter se inuicem cogitationibus accusantibus: aut etiam defendentibus in die quo iudicabit occulta hominum. Sed & de his ista sufficiant. Post hæc ponitur in ordine fidei. Et in spiritu sancto. Ea quæ in superioribus paulo latius de christo sunt tradita ad incarnationis & passionis eius mysterium pertinent: quæ dum media intercedunt personæ ipsius coaptata: facti spiritus commemoracionem paulo longius reddiderunt. Cæteræ si sola diuinitatis ratio habeatur: eo modo quo in principio dicitur Credo in deum patrem omnipotentem: & post hæc In Iesum Christum filium eius unicum dominum nostrum: Ita iungitur Et in spiritu sancto. Illa uero omnia quæ de christo memorantur ad dispensationem carnis: ut diximus spectant. Igitur in sanctis spiritus commemoracione adimpletur mysterium trinitatis. Sicut enim unus dicitur pater: & alius non est pater: et unus dicitur unigenitus filius: et alius unigenitus filius non est: Ita et spiritus sanctus unus est: et alius non potest esse spiritus sanctus. Ut ergo fiat distinctio personarum affectiois uocabula fecerunt: quibus ille pater intelligat: ex quo oia: et quia ipse non habeat patrem. Ille filius tanquam qui ex patre natus sit et hic spiritus sanctus tanquam de utroque procedens: et cuncta sanctificans. Ut autem in una eademque trinitate diuinitas doceatur: sicut dictum est i deo pre credi adiecta prepositione: ita et in christo filio eius: ita et in spiritu sancto memoratur. Sed ut manifestius fiat quod diximus: ex consequentibus approbabitur. Sequitur namque post hunc sermonem: Sanctam ecclesiam catholicam: remissionem peccatorum: carnis resurrectionem. Non dixit in sancta ecclesia catholica: nec in remissione peccatorum: nec in carnis resurrectione. Si enim addidisset in prepositionem una cum superioribus eademque uis fieret. Nunc autem in illis quod dem uocabulis ubi de diuinitate ordinatur fides: in deo patre dicitur & in christo filio eius et in spiritu sancto: in cætera ecclesia: sed sanctam ecclesiam credendam esse: non ut deum sed ut ecclesiam deo congregatam. Et remissionem peccatorum credat esse: non in remissione peccatorum: et resurrectionem carnis credat: non in resurrectionem carnis. Hac itaque prepositionis syllaba creator a creaturis secernitur: et diuina separantur ab humanis. Hic igitur spiritus sanctus est qui in ueteri testamento legè & prophetas: in nouo euangelia et apostolos inspirauit. Vnde & apostolus dicit: Omnis scriptura diuinitus inspirata utilis est ad docendum: Et tamè quæ sunt noui ac ueteris testamenti uolumina: quæ secundum maiorem traditionem per ipsum spiritum sanctum inspirata creduntur: & ecclesiis christi tradita: competens uidetur hoc in loco euidenti numero sicut ex patrum monumentis accipimus designare: Itaque ueteris testamenti omnium priorum Moysi quinque libri sunt traditi Genesis: Exodus: Leviticus: Numeri: Deuteronomium. Post hæc Iesum Iudicum simul cum Ruth. Quatuor post hæc regnorum libri: quos hebraei duos numerant Paralipomenon: qui dicitur liber: & Esdræ duos: qui apud illos singuli computantur. & Hester: prophetarum uero Esaias Hieremias Ezechiel & Daniel: præterea. xii. prophetarum liber unus. Job quoque & psalmi David singuli sunt libri. Salomonis uero tres ecclesiis traditi: prouerbia: ecclesiastes: cantica canticorum. In his concluserunt numerum librorum ueteris testamenti. Noui uero quatuor euangelia Matthæi Marci Lucæ & Ioannis. Actus apostolorum quos describit Lucas. Pauli apostoli epistola. xiiii. petri apostoli epistola duæ: Iacobi fratris domini & apostoli una. iudæ una. Ioannis tres. Apocalypsis Ioannis. Hæc sunt quæ patres intra canonem concluserunt: ex quibus fidei nostræ assertiones consistere uoluerunt. Sciendum tamè est quod & alii libri sunt qui non canonici sed ecclesiastici a maioribus appellati sunt: id est Sapiencia quæ dicitur Salomonis: et alia sapiencia quæ dicitur filii Syrach: qui liber apud Latinos hoc ipso generali uocabulo ecclesiasticus appellatur: quo uocabulo non auctor libelli sed scripturae qualitas cognominata est: Eiusdem ordinis libellus est Tobia et Iudith et Machabeorum libri. In nouo uero testamento libellus qui dicitur pastoris siue hermes: qui appellatur duæ uia uel iudicium Petri. Quæ oia legi quod in ecclesiis uoluerunt: non tamè perferri ad auctoritatem ex his fidei confirmandam. Cæteras uero scripturas apocryphas nominarunt: quas in ecclesiis legi noluerunt. Hæc nobis a patribus ut dixi tradita sunt: quæ ut dixi opportunum uisum est hoc in loco designare ad instructionem eorum qui prima sibi ecclesie ac fidei elementa suscipiunt: ut sciatur ex quibus sibi fontibus uerbi dei haurienda sint pocula. Tenet deinde ratio fidei sanctam ecclesiam. Causam iam superius diximus cur non dixerint etiam hic in sanctam ecclesiam. Hi igitur qui supra in uno deo credere edocti sunt sub mysterio trinitatis: credere etiam hoc debent unam esse ecclesiam sanctam: in qua est una fides & unum baptismum: in qua unus deus creditur pater: & unus dominus Iesus christus filius eius & unus spiritus sanctus. Ista est ergo sancta ecclesia non habens maculam aut rugam. Multi enim & alii ecclesias congregarunt: ut Martio & Valentinus & Hebion & Manichæus & cæteri omnes hæretici. Sed & illæ ecclesie non sunt sine macula uel ruga perfidia: & ideo dicebat de illis propheta: Odi ecclesiam malignantium: & cum impiis non sedebo. De hac autem ecclesia quæ fidem christi integram seruat audi quid dicat spiritus sanctus in canticis canticorum: Una est columba mea: una est perfecta genitricis suæ. Qui ergo hanc fidem in ecclesia suscipit: non declinet in concilio uanitatis. & cum iniqua gerentibus non introeat. Concilium namque uanitatis est quod agit Martion: qui negat patrem Christi deum esse creatorem: qui per filium suum fecerit mundum. Concilium uanitatis est quod Hebion docet ita christo credi debere: ut circumcisio carnis & obseruatio sabbati & sacrificiorum solennitas cæteraque omnes obseruantie secundum legis litteram teneantur. Concilium uanitatis est quod docet Manichæus: primo qui seipsum paraclytam nominauit: tum deinde qui mundum a malo factum dicit: deum creatorem negat: testamentum uetus repudiat: unam bonam aliam malam naturam sibi inuicem

*quod dicitur in*  
*quod dicitur in*

*Segregabit oues ab hædis*  
*Iudicamur & oportet*

*Non dicit in sua ecclesia*

*in ipso non addit*

*Spiritus sanctus*

*Libri canonici ueteris*  
*et non instrumenti.*

*Ueteris testamenti*  
*libri*

*Genes. Exod. Levitic. Numeri. Deuteronomium.*

*Paralipomenon. Esdræ. Hester.*

*Prophetarum libri.*

*Job. Psalmi David.*

*Salomonis libri.*

*Euangelia.*

*Actus apostolorum.*

*Epistola Pauli.*

*Epistola Petri.*

*Epistola Iacobi.*

*Apocalypsis.*

*1. paralipomenon dicitur liber*

*Remissionem*  
*peccatorum*

*Quoniam*  
*liber*

*Quoniam*  
*liber*

*Eccliam*  
*sanctam*  
*congregatam*



Luceus fuit  
pater/sonus

sibi inuicē asserit repugnare: coæternas animas hominū secundū pythagoreos in pecudes & animalia & besti-  
 as redire p̄ diuersos nascendi circulos astruit: resurrectionē carnis nostræ negat: passionē domini & natiuitatē  
 nō in ueritate carnis sed i fantasus fuisse confirmat. Conciliū uanitatis est quod paulus samosatenus & eius post  
 hæc successor photinus asseruit Christū nō fuisse ante sæcula natū ex patre: sed ex Maria cœpisse: & nō eū deū  
 hominē natū: sed ex homine deū factū existimat. Conciliū uanitatis est quod Arrius atq; Eunomius docuit qui  
 filium dei non ex ipsa patris substantia natum: sed ex nihilo creatum uoluit. Concilium uanitatis est & quod il-  
 li aiunt: qui filiū dei quidē de substantia patris fatentur: sanctū uero sp̄ritū separant & secernunt: cū utiq; unā  
 eādēq; uirtutē & diuinitatē trinitatis ostendat saluator in euangelio cū dicit: Baptizate omnes gentes. In nomie  
 patris & filii & spiritus sancti: & est aperte impiū separari ab homine quod diuinitus iungitur. Conciliū uani-  
 tatis est & hoc quod oli congregauit pertinax & praua contentio: asserens Christū carnē quidē humanā susce-  
 pisse: non tamen & animā rationabilē: cū utiq; & carni & sanguini & sensui humano ac menti una eadēq; salus  
 a christo collata sit. Sed & illud conciliū uanitatis est quod Donatianus p̄ africā traditionē ecclesiæ criminādo  
 contraxit: & quod Nouatus sollicitauit lapsis pœnitentiā denegando: & secundas nuptias cum forte iniri eas ne-  
 cessitas exegerit condēnando. Has ergo omnes uelut congregationes malignantiū fuge. Sed & eos si qui illi sūt  
 qui dicunt asserere q; filius dei nō ita uideat uel nouerit patrē sicut noscitur ipse & uidetur a patre: uel regnū chri-  
 sti esse finiendū: aut carnis resurrectionē nō itēgra naturæ suæ substantia reparandā futurū: dei iustū erga omnes  
 negare iudiciū: diabolu debita absolui dānatiōe pœnare. Ab his inq; oibus fidelis declinet auditus. Sanctā uero  
 ecclesiā tene: quæ deū patrē omnipotentē & unicū filiū eius Iesū Christū dominū nostrū et sp̄ritū sanctū cōcordi  
 et cōsona substantiæ ratione profiteat. Filiūq; dei natū ex uirgine: passū pro salute humana: ac resurrexisse in ea  
 carne qua natus est credit: eū deniq; uenturū iudicē oium sp̄ritū quo & remissio peccatorū: & carnis resurrectio  
 predicat. Verū de remissioe peccatorū sufficere debere sola credulitas. Quis enī causas aut rationē requat ubi  
 indulgentia principaliter est: cū terreni regis liberalitas discussiōi nō sit obnoxia: ab hūana temeritate discutit di-  
 uia largitio: Solēt enī cū irrisiōe aduersū nos dicere pagani: q; ipsi nos decipiamus: q; putemus crimina quæ ope  
 cōmissa sūt uerbis posse purgari: & aiūt. Nunquid pot̄ q; homicidiū fecit homicida nō esse? & adulter nō uideri q;  
 adulteriū ppetrauit? Quō ergo huiuscemodi criminū reus sanctus nobis effici subito uidebit? Sed ad hæc ut  
 dixi melius fide q; rōne respōdeo. Rex. n. ē oium q; p̄misit: terræ cæliq; dominus ē q; hæc pollicet. Non uis ut ei  
 q; ex terra hoīem fecit: credā qd̄ ex crimioso me faciat inocētē? Et q; me cū eēm cæcus fecit uidere: uel cū essem  
 surdus audire: q; mihi claudo gressum reddidit inocentiā mihi p̄ditā poterit recuperare? Et tamē ueniamus ad ip-  
 sius testioniū. Occidere hoīem nō semp̄ crimiosum ē: sed malicia nō legibus occidere criminosū ē. Nō ergo fa-  
 ctū me i talibus: q; a iterdū & recte fit: sed aius male cōsulēs dānat. Si ergo aius in me q; criminosus ē effectus: & i  
 quo fuit origo uitii corrigat: cur tibi uidear nō posse inocēs effici q; prius fuerā criminosus? Si. n. ut supra ostē-  
 di cōstat q; nō in facto sed i uolūtate sit crimē: sicut mala uolūtas auctore malo dæmone p̄ctō me & morti fecit  
 obnoxii: Ita i bonū uoluntas mutata auctore bono deo inocentiā me reddidit & uitæ. Similis causa & i cate-  
 ris crimibus. Hoc modo fides nra nō iuenit naturalibus rōnibus aduersari: dū remissio p̄ctō: non gestis quæ  
 mutari nō possunt: sed aio quē de malo i bonū uerti certū ē deputeat. Sed & ulterius sermo iste q; resurrectio  
 nē carnis p̄nunciat sumā totius p̄fectiōis succincta breuitate cōcludit. Quāuis etiā de hoc nō solū a gentilibus:  
 sed ab hæreticis fides ipugnet ecclesiæ. Nā Valētinus resurrectionē carnis oimodo negat & manichæi: sicut su-  
 pra ostēdimus. Sed isti Elaiā quidē prophetā dicentē: Resurgent mortui: & suscitabunt qui sunt in sepulchris  
 audire noluerunt: nec Danielē sapientissimū protestantē: Quia tūc resurgēt qui sunt in terræ puluere. Hi qui  
 dē in uitā æternā: hi autē i opprobriū & cōfusiōnē æternā. Tamen uel in euāgeliis quæ recipere uidentur discere  
 deberent a domino & saluatore nostro Saduceos docente dictū. Quod autē resurgāt mortui: Nō legistis quo  
 modo dicit Moyses in rubo deus Abraham: deus Isaac: deus Iacob: deus autē est nō mortuorū: sed uiuentiū. In  
 quo etiā quæ sit & quanta resurrectionis gloria in superioribus memorauit cū dixit: In resurrectione autē mor-  
 tuorum neq; nubent neq; nubentur: sed erunt sicut angeli dei. Resurrectionis ergo iustorū gloriā angelis cum  
 hominibus confert: statim enim ut resurrexerint non iterum in terra cū pecudibus: sed in cælo cū angelis uiuēt.  
 Quos tamen ad hoc ratio uitæ purioris admiserit: Illos scilicet qui iam nunc conseruā animā suā carnem ca-  
 stis pudicitia frenis obedientiæ sancti sp̄ritus subiugauerint: & omni eam uitiorū labe tenuatā atq; in spiritalē  
 gloriā sanctificationis uirtute mutatā angelorum quoq; meruerit inferre consortiis. Sed infideles clamant & di-  
 cunt: Quomodo potest caro quæ putrefacta dissoluitur: aut in puluerem uertitur: maris etiā interdum profū-  
 do sorbetur: fluctibusq; dispigitur: colligi rursus & reintegrari i unum corpus: & ex ania hoīs reparari? Ad quos  
 primā interi responsiōne sermonibus Pauli faciamus: dicētis eis: Inspiens tu qd̄ seminas nō uiuificatur: nisi pri-  
 us moriatur. & qd̄ seminas non corpus quod futurū est seminas: sed nudum granū tritici: aut alicuius cæterorū  
 seminum: deus autem dat corpus prout uult. Quod autem in seminibus quæ in terram iacis per annos singu-  
 los fieri uides: hoc in tua carne quæ lege dei seminatur in terra: futurum esse non credis. Cur quæ sō tam angu-  
 stus & inualidus diuinæ potentiæ estimatores: ut dispersum uniuscuiusq; carnis puluerem in suam rationem  
 colligi: & reparari posse non credas? An non censeas: cum uideas q; etiam mortale ingenium demersas in pro-  
 fundum terræ metallorum uenas rimatur: & artificis oculus aurum uidet i quo imperitus terram putat? Hæc  
 cur quidē nō cōcedimus ei qui fecit hoīem: qd̄o tātū is qui ab ipso factus est alle qui pot̄. Et cū aurū p̄priā uenā  
 & argētī aliā: aris quoq; lōge disparē: ferriq; ac plūbi diuersā itra sp̄m̄ terræ latere mortale deprehēdat igeniū:  
 diuina uirtus inuenire posse ac discernere non putabitur uniuscuiusq; carnis propriū sensū etiā si uideat disp-

nonnihil ad pythagore

paulus samosatensis  
photinus  
Arrius  
Eunomius

Donatianus p̄ africā  
Nouatus

Sancta ecclesia que

qui in ueritate fidei p̄mittit

Melius fide q; rōne uidet

in uoluntate rōnem

Valentinus

Resurrectio eiusdem carnis  
casti pudicitia frenis

Dispersū uniuscuiusq; puluerem  
colligi & reparari



Naturalis ratio proclamat  
resurrexerit bonum.

Agonibus

Huius carnis resurrectionis

Argumentatio

Quis resurgemus

Quis emortui carnis vitam

Haurit

Quis in

Iusti fulgebunt sicut sol

sus: Sed ad hæc tentemus animas quæ deficiunt in fide naturalibus rationibus adiuuare. Siquis diuersa semina in unum permisceat: & hæc indiscreta seminet: uel passim spargat in terram: nonne uniuscuiusque seminis granum quo cuique loci iactum fuerit: competenti tempore secundum naturam suam speciem germinem producat: ut statum suam formam suique corporis reparat? Ita ergo uniuscuiusque carnis substantia quæ uarie diuersaque dispersa sit: ratio tamen ipsa quæ inest unicuique carni est immortalis: quia immortalis animæ caro est ex eo tempore: quo seminata in terram corporibus primū ueri dei uoluntati arrisit: collectum terram attractumque substantiam suam sensum reddit ac reparat in illa specie: quam mors aliquando dissoluerat. Et ita fit unicuique animæ: ut non ad confusum aut extraneum corpus: sed ad suum quod habuerat reparatur. Consequenter potest pro agonibus presentis uitæ cum anima sua caro uel pudica coronari: uel impudica puniri. Et ideo satis caute ecclesia nostra fidei symboli docet quæ in eo quod cæteris traditur carnis resurrectionem: uno addito pronome tradidit huius carnis resurrectionem. Huius sine dubio: quam habet is qui profitemur signaculo crucis fronti iposito: quo sciat unusquisque fidelium carnem suam si mandata seruauerit a peccato: futurum esse uas honoris utile domino ad omne opus bonum paratum. Si uero contaminata in peccatis: futurum esse uas iræ ad interitum. Id uero de ipsa resurrectionis gloria & de promissionis magnitudine: si quis plenius scire desiderat: in omnibus pene diuinis uoluminibus inueniet indicari. Ex quibus nos comonitionis tantummodo gratia pauca presentis loco memorantes: sine inuncti a te opusculi faciemus. Igitur apostolus Paulus quæ resurgat mortalis caro: aliis multis asserit argumentis dicens. Quod si resurrectio mortuorum non est ergo nec Christus non resurrexit. Si autem Christus non resurrexit: inanis est predicatio nostra: uacua est & fides nostra. Et paulo post. Nunc autem Christus resurrexit a mortuis in initium dormientium: quoniam quidem per hominem mors & per hominem resurrectio mortuorum. Sicut enim in adam omnes moriuntur: ita in Christo omnes uiuificabuntur. Unusquisque autem in suo ordine in initium Christus deinde hi qui sunt christi in aduentu eius deinde finis. Et in sequentibus addit & hæc. Ecce mysterium uobis dico: omnes quidem resurgemus: non omnes autem immutabimur sicut ut in aliis exemplaribus inuenimus. Omnes quidem dormiemus omnes autem immutabimur: in momento: in ictu oculi: in nouissima tuba. Canet enim tuba: & mortui resurgent incorrupti: & non immutabimur. Sed & ad Thessalonicenses nihilominus scribens dicit. Nolo autem uos ignorare fratres de dormientibus: ut contristemini sicut ceteri qui spem non habent. Nam si credimus quod Iesus mortuus est & resurrexit: ita & deus eos qui dormierunt per Iesum adducet cum illo. Hoc enim uobis dicimus in uerbo domini: quia nos qui uiuimus qui reliqui sumus: in aduentu domini præueniemus eos qui dormierunt: quia ipse dominus in iussu & in uoce archangelii & tuba dei descendet de caelo: & mortui qui in Christo sunt resurgent primi deinde nos qui uiuimus qui reliqui sumus simul cum illis rapiemur in nubibus obuiam Christo in aera: & ita semper cum domino erimus. Verum ne existimes hæc Pauli solius quasi nouella prædicatione signari: audi etiam quid Ezechiel propheta olim per spiritum sanctum prælocutus sit. Ecce inquit ego aperiam sepulchra ustra: & educam uos de sepulchris uestris. Iob quoque mysticis reducat eloquii audi quod euidenter resurrectionem mortuorum prædicat: inquit arbori spes: si non abscissa fuerit: iterum pullulabit & uirgultus eius nunquam deficiet. Quod si senuerit in terra: est radix eius. Si uero in petra emortuus fuerit tu uicus: ab odore aquæ reflorescit: & faciet fructum sicut nouella. Vir uero si mortuus fuerit: abierit: & mortalis si ceciderit: ultra non erit. Non tibi uideat in uerbis his cum quodam pudore arguere homines & dicere. Ita nestultum est hominum genus: ut cum uideant excisam arboris truncum rursum pullulare de terra: & lignum emortuum iterum uitam recipere: ipsis ne lignis quidem aliquid simile de semetipsis nec arboribus opinentur. Ut autem scias quod ueluti in interrogatis modo legendum sit quod dixit: mortalis autem cum ceciderit: non resurget: de consequentibus probat. Subiungit namque statim. Si enim mortuus fuerit homo uiuet. Et paulo post dicit: Expectabo usque quo iterum faciam. Et iterum idem dicit. Qui resuscitaturus est super terram pellem meam: quæ hæc nunc haurit. Hæc quidem ad probationem dicta sunt professionis nostræ: quæ confitemur in symbolo huius carnis resurrectionem. Quod enim adiunctum est huius: uide quod consonum sit omnibus his quæ de diuinis uoluminibus memorauimus. Quid enim aliud indicat in dictis Iob quæ superius exposuimus: quia cum dicit: resuscitabit pellem meam: quæ hæc nunc haurit. i. quæ ista tormeta propter: nonne apte dicit huius carnis resurrectionem futuram: huius inquam quæ tribulationum & tationum cruciameta quæ sunt nunc sustinet? Sed & apostolus cum dicit. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem: & mortale hoc induere immortalitatem. Nunquid non corpus suum quodammodo contingetis & digito palpantis est uox? Hoc ergo quod nunc corruptibile corpus est: resurrectionis gratia incorruptibile erit: & hoc quod nunc mortale est: immortalitatis uisibus induetur. Ut sicut christus resurgens a mortuis ultra iam non moriturus: mors ei ultra non dominabitur: ita: & qui in christo resurgent nec corruptionem sentient ultra nec mortem: non natura carnis abiecta sed conditione eius: & qualitate mutata. Erit ergo corpus quod resurget a mortuis incorruptibile & immortale non solum iustorum sed etiam peccatorum. Iustorum quidem: ut semper possint permanere cum christo. Peccatorum uero: ut absque interitione sua debitas luant penas. Quod autem iusti semper cum domino christo permaneant: iam & in superioribus edocuimus: ubi ostendimus quia apostolus dicit. Deinde nos qui uiuimus: qui reliqui sumus: simul cum illis rapiemur in nubibus obuiam christo in aera: & ita semper cum domino erimus. Nec mireris: si caro sanctorum in tantam gloriam ex resurrectione mutabitur: ut in cursu dei suspensa nubibus & aere uecta rapiatur: cum ipse apostolus exponens quantum conferat deus his qui diligunt eum dicat. Qui transmouit corpus humilitatis nostræ conformem fieri corpori claritatis suæ. Nihil ergo absurdum est: si sanctorum corpora dicantur nubibus in aera sustolli: cum ad formam corporis christi quod in dextera sedet ui cantur reformanda: Sed & hoc sanctus apostolus uel de se uel de cæteris sui loci uel meriti addidit & dixit. Quia resuscitabit nos cum christo: simulque faciet sedere in caelestibus: Unde cum hæc & eorum similia quæ plurima sancti dei in repromissionibus habeant in resurrectione iustorum: non erit iam difficile credere etiam illa quæ propheta prædixerant: quod iusti scilicet fulgebunt sicut sol: & sicut splendor firmamenti in regno

Iob exemplum  
penam dicit



regno dei. Cui enim difficile uidebitur eos fulgorem solis habituros ac syderum: ac firmamenti huius splendore decoratos: quibus uel uita uel conuersatio angelorum dei paratur in caelis: uel conformandi dicuntur ad gloriam corporis christi: Ad quam gloriam saluatoris ora promissam respiciens sanctus apostolus dixit. Quia seminat corpus animale: resurget corpus spiritale. Si enim uerum est: sicut certe uerum est: quod iustos quoque & sanctos angelorum consortiis sociabit diuina dignatio: certum est quod & corpora eorum in spiritualis corporis gloriam uertet. Nec hoc tibi contra naturalem corporis rationem uideatur esse promissum. Si enim credimus secundum ea quae scripta sunt: quod accipiens deus limbum terrae: plasmavit hominem: & haec fuit natura corporis nostri: ut uoluntate dei terra uerteretur in carnem: cur tibi aut absurdum aut contrarium uideatur: si iisdem rationibus quibus terra proficisci dicitur in corpus animale: rursum corpus animale in corpus proficisci spiritale credatur? Haec quidem atque his similia multa inuenies in scripturis diuinis de resurrectione iustorum. Dabitur autem etiam peccatoribus: ut supra diximus in corruptionis & immortalitatis ex resurrectione conditio: ut sicut iustis deus ministrat ad perpetuitatem gloriae: ita peccatoribus ad prolixitatem confusionis ministret & poenae. Sic enim propheticum diffinit eloquium: cuius & paulo ante meminimus ubi dicit. Et multi resurgent de terrae puluere: hi quidem in uitam aeternam: hi autem in confusionem & opprobrium aeternum. Si ergo intelleximus qua ueneratione deus omnipotens pater dicatur: quo uel sacramento dominus noster iesus christus unicus eius filius habeatur: & qua perfectione sanctus eius spiritus nominetur: utque sancta trinitas unum sit per substantiam: sed affectu personarum discreta: quid etiam partus uirginis: quid uerbi in carne natiuitas: quid sacramentum crucis: quae utilitas diuini ad infernae descensus: quae resurrectionis gloria: & animarum de infernis reuocata captiuitas: quid etiam ascensus eius ad caelum: & uenturi iudicis expectatio: sed & sanctae ecclesiae aduersus congregationes uanitatis: qualiter haberi debeat agnitio: qui sacrorum uoluminum numerus: quae uel haereticorum uitanda couenticula: utque in peccatorum remissione diuinae libertati nequaquam ratio naturalis obsistat. Et ut carnis nostrae resurrectionem non solum diuinae uocis sed & ipsi domini & saluatoris nostri. exemplum & consequentia naturalis rationis assignet. Si inquam hoc secundum traditionis supra expositae regulam consequenter aduertimus: deprecemur: ut nobis & omnibus qui hoc audiunt concedat dominus fide quam suscepimus custodita: cursu consumato expectare iusticiae repositam coronam: & inueniri inter eos qui resurgunt in uitam aeternam. Liberari uero a confusionem & opprobrium aeterno per christum dominum nostrum: per quem est deo patri omnipotenti cum spiritu sancto gloria & imperium in saecula saeculorum. Amen.

Expositio fidei beati Hieronymi presbyteri ad Damasum papam: In qua haereses plurimas de trinitate & incarnatione uerbi ipse sentientes dicit: petens suam fidem a Damasco probari. Epistola secunda.

**C**redimus in deum patrem omnipotentem creatorum uisibiliu & inuisibiliu conditorum. Credimus & in dominum nostrum Iesum christum: per quem creata sunt omnia: uerum deum unigenitum & uerum dei filium: non factum aut adoptiuum: sed genitum: & unius cum patre substantiam: atque ita per omnia aequaliter deo patri: ut nec tempore: nec gradu: nec potestate: possit esse inferior. Tamenque confitemur esse illum qui est genitus: quoniam est ille qui genuit. Non autem quia dicimus genitum a patre filium diuina & ineffabili generatione aliquod ei tempus ascribimus: sed nec patrem aliquando coepisse: nec filium. Non enim aliter confiteri possumus aeternum patrem: nisi confiteamur etiam coaeternum filium. Ex filio enim pater dicitur: & qui semper pater fuit: semper habuit filium. Credimus & in spiritum sanctum: uerum deum ex patre procedentem: aequaliter per omnia patri & filio potestate: uoluntate: aeternitate: substantiam. Nec est prorsus aliquis in trinitate gradus nihil quod inferius superiusue dici possit: sed tota diuinitas sui perfectione aequalis est: ut exceptis uocabulis quae proprietate personarum indicant: quicquid de una persona dicitur: de tribus dignissime possit intelligi. Atque ut confundentes Arrii unam eademque dicimus trinitatis esse substantiam: & unum in tribus personis fatemur deum: ita impietate Sabellii declinantes tres personas expressas sub proprietate distinguimus: non ipsum sibi patrem: ipsum sibi filium: ipsum sibi spiritum sanctum esse dicentes: sed aliam patris aliam filii: aliam spiritus sancti esse personam: non enim nomina tantummodo sed etiam nomina proprietates id est personas uel ut graeci exprimit hypostases hoc est substantias confitemur. Nec pater filii aut spiritus sancti personam aliquando excludit: nec rursus filius aut spiritus sanctus patris nomen personarum recipit: sed pater semper pater est: filius semper filius: spiritus sanctus semper spiritus sanctus. Itaque substantiam unum sunt: personis ac nominibus distinguuntur. Ipsum autem dei filium qui absque initio aeternitate cum patre & spiritu sancto possedit: dicimus in fine saeculorum perfectum naturam nostram hominem suscepisse ex Maria semper uirgine: & uerbum carnem esse factum: assumendo hominem: non permutando deitatem: nec ut quidam sceleratissime opinantur: spiritum sanctum dicimus fuisse pro semine: sed potentia ac uirtute creatoris operatum. Sic autem confitemur in christo unam filii esse personam: ut dicamus duas esse perfectas atque integras substantias. id est diuinitatis & humanitatis: quae ex aera continentur & corpore. Atque ut condemnemus Photinum qui solum & nudum hominem confitetur in christo. Ita anathematizamus Apollinarum & eius similes: qui dicunt dei filium minus aliquid de humana suscepisse natura: & uel in carne uel in anima uel in sensu assumptum hominem. his propter quos assumptus est fuisse dissimilem: quem absque sola peccati macula quae naturalis non est: nobis confitemur fuisse conformem. Illorum quoque similiter execramur blasphemiam: qui nouo sensu asserere conantur a tempore susceptae carnis omnia quae erant deitatis in hominem demigrasse: & rursum quae erant humanitatis in deum esse transfusa: ut quod nulla unquam haeresis dicere ausa est: uideatur hac confusione utraque exinanita substantia diuinitatis scilicet & humanitatis: & a proprio statu in aliud esse mutata: qui tam deum imperfectum in filio quam hominem confitentur. ut nec deum uerum nec hominem tenere credantur. Nos autem dicimus susceptum a dei filio passibile nostrum: ut diuinitas impassibilis permaneret. Passus

*plasmavit hominem*

*Animale in spiritale uertit*

*Haereticorum conuenientia*

*personas et nomina distinguunt*

*Photini error*

*Apollinaris error*

*impassibilis*